¶ Sunt iteꝝ duo alii circuli maiores in sphæra. s. meridianus & horizon. Est autem meridianus: circulus quidã transiens p polos nūdi: & per zenith capitis nostri. Et dicitur meridianus: quia ubiq; sit homo: & in quocq; tẽpore anni quando sol motu firmamenti puenit ad suũ meridianũ est illi meridies. Cõsimiliratione dicitur circulus mediæ diei. Et notandum q̄ ciuitates: quaz una magis accedit ad orientẽ q̄ alia: habet diuersos meridianos. Arcus uero æquinoctialis iterterceptus inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatum. Si autẽ duæ ciuitates eundem habeant meridianum tunc æqualiter distant ab oriente & occidente. Horizon uero est circulus diuidens inferius hemisperium a superiori. Vnde appellatur horizon. i. terminator uisus. Dicitur etiã horizõ circulus hemisphærii. Est autẽ duplex horizon: rectus & obliquus siue decliuus. Rectum horizonta. & sphæram rectam habent illi quoz zenith est in æquinoctiali: quia illoꝝ horizon est circulus transiens per polos mundi diuidẽs æquinoctialem ad angulos rectos sphærales: unde dicitur horizon rectus: & sphæra recta. Obliquũ horizõta siue decliuẽ: habet illi quibus polus mundi eleuat supra horizontẽ: qm̄ illorũ horizon interfecat æquinoctialem ad angulos ipares & obliquos. unde dicitur horizon obliquus: & sphæra obliqua siue decliuus. Zenith autẽ capitis nostri semper est polus horizontis. Vnde ex his patet q̄ quanta est eleuatio poli mundi supra horizontẽ: tanta est distantia zenith ab æquinoctiali. quod sic patet. Cũ in quolibet die naturali uterq; colurus bis iungatur meridiano: siue idẽ sit qd̄ meridianus: quicquid de uno probatur & de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solstitia quæ est ab æquinoctiali usq; ad polum mundi. Sumatur iteꝝ quarta pars eiusdem coluri quæ est a zenith usq; ad horizontẽ: cum zenith sit polus horizõtis. Istæ duæ quartæ cũ sint quartæ eiusdem circuli: iter se sunt æquales. Sed si ab æqualibus æqualia demantur uel idem cõmune: residua erunt æqualia. Dempto igitur cõmuni arcu scilicet qui est iter zenith & polum mundi residua erunt æqualia scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem: & distantia zenith ab æquinoctiali.



¶ De quattuor circulis minoribus.

¶ Dicto de sex circulis maioribus dicendum est de quattuor minoribus. Notãdum igitur q̄ sol existens in primo puncto cancri: siue in puncto solstitii astitualis: raptu firmamenti describit quendam circulũ qui ultimo descriptus est a Sole ex parte poli arctici. Vnde appellatur circulus solstitii astitualis ratione supe-

rius dicta: uel tropicus æstiuualis a tropos quod est conuersio: quia tunc sol incipit se conuertere ad inferius hemisphæriū & recedere a nobis. Sol itery existens in primo puncto capricorni siue solstitii hyemalis: raptu firmamenti describit quendā circulū qui ultimo describit a sole ex parte poli antarctici. Vnde appellatur circulus solstitii hyemalis siue tropicus hyemalis: quia tunc sol cōuertitur ad nos. Cum autē zodiacus declinet ab æquinoctiali: & polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moueāt octaua sphæra: & zodiacus qui est pars octauæ sphærae mouebitur circa axem mundi: & polus zodiaci mouebitur circa polum mundi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticum: dicitur circulus arcticus. Ille uero circulus quem describit alter polus zodiaci circa polū mundi antarcticū: dicitur circulus antarcticus. Quāta est etiā maxima solis declinatio scilicet ab æquinoctiali: tāta est distantia poli mundi ad polum zodiaci: quod sic patet. Sumatur colurus distinguens solstitia qui trāsit per polos mundi: & per polos zodiaci. Cum igitur omnes quartæ unius & eiuldem circuli inter se sint æquales: quarta huius coluri: quæ est ab æquinoctiali usq; ad polum mundi erit æqualis quartæ eiusdem coluri: quæ est a primo puncto cancri usq; ad polum zodiaci. Igitur ab illis æqualibus dempto cōmuni arcu qui est a primo puncto cancri usq; ad polum mundi: residua erunt æqualia scilicet maxima solis declinatio: & distātia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autem circulus arcticus secundum quālibet sui partem æquidistet a polo mundi: patet q̄ illa pars coluri quæ est inter primum punctum cācri & circulum arcticum fere est dupla ad maximam solis declinationem: siue ad arcum eiusdem coluri qui intercipitur inter circulum arcticum & polum mundi arcticum: qui etiam arcus æqualis est maxime solis declinationi. Cum enim colurus iste sicut alii circuli in sphæra sit. ccclx. graduum: quarta eius erit. xc. graduum. Cum igitur maxima solis declinatio secundum Ptolemæum sit. xxiii. graduum & .li. minutorum: & totidem graduum sit arcus qui est inter circulum arcticum & polum mundi arcticū si ista duo simul iuncta: q̄ fere faciunt. xlviii. gradus: subtrahātur a. xc. residuū erit. xlii. gradus: q̄tus ē arcus coluri: qui est iter primū punctum cancri & circulum arcticum: & sic patet q̄ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem. Notandum q̄ æquinoctialis cū quattuor circulis minoribus dicuntur quatuor q̄ paralleli quasi æquidistantes: non quia quantum primus distat a secundo: tantū secundus distet a tertio: quia hoc falsum ē sicut iam patuit: sed quia quilibet duo circuli simul iuncti secundum quamlibet sui partem æquidistant abinuicē: & dicuntur parallellus æquinoctialis: parallellus solstitii æstiuualis: parallellus solstitii hyemalis: parallellus arcticus: & parallellus antarcticus. Notandum etiā q̄ quattuor paralleli minores: scilicet duo tropici: & parallellus




Colurus

Notandum etiā q̄ quattuor paralleli minores: scilicet duo tropici: & parallellus

arcticus: & parallelus antarcticus distinguunt in caelo quinque zonas siue regiones. Vnde Virgilius in georgicis. Quinque tenet caelum zone: quarum una corusco Semp sole rubes: & torrida semper ab igni. Distinguunt etiam totidem plagas in terra directe praedictis zonis suppositas. Vnde Ouidius primo metamorphoseos. Totidemque plagas tellure praemittitur. Quarum quae media est non est habitabilis aestu. Nix regit alta duas: toridem iter utraque locauit. Temperieque dedit mixta cum frigore flamma. Illa igitur zona quae est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter calorem solis discurreris semper inter tropicos. Similiter plaga terrae illi directe supposita dicitur inhabitabilis propter calorem solis discurreris super illam. Illae uero duae zonae quae circumscribuntur a circulo arctico: & circulo antarctico circa polos mundi: inhabitabiles sunt propter inuiam frigiditatem: quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligendum est de plagis terrae illis directe suppositis. Illae autem duae zonae quarum una est inter tropicum aestiuale & circulum arcticum: & reliqua quae est inter tropicum hyemalium & circulum antarcticum: habitabiles sunt: & temperatae caliditate torridae zonae existentis inter tropicos: & frigiditate zonarum extremarum quae sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terrae illis directe suppositis.

inhabitabilis



inhabitabilis

De karacteribus sphaerae decimae uel nonae & stellationibus octauae.

Attende diligenter & credas quoniam est sententia communis sapientium in astronomia ut supra claruit: quod non solum ecliptica intelligat in sphaera octaua & zodiacus: sed etiam in sphaera nona & decima: eo modo diuisus in duodecim partes quantum in longitudine. xxx. graduum: & duodecim in latitudine: quae signa zodiaci nonae & decimae nominantur eisdem nominibus quibus signa zodiaci octauae sphaerae: & secundum illum ordinem situata: uerum tamen non sunt in ipsa sphaera nona uel decima stellae alique. Sed dicunt opinantes quod in ipsa sint karacteres & lineationes quaedam imaginum non ita apparentium nobis: ex numero quarum duodecim constitunt ipsa signa quae sibi habent influere in hac machinam elementarem: & plurimae aliae configurationes occultae: sparsae propter ipsum orbem nonum & decimum multarum proprietatum atque uirtutum. Dixeruntque persae astronomi & indoae aliarum quae nationum aliquas istarum percipi a uisu efficaci & acutissimo certis temporibus: & in clarissima noctis serenitate in regionibus suis & montibus existentes: & quibus concessum est uel reuelatum: quas karacteres ipsi attribuunt angelis orbium planetarum atque stellarum: sub quibus karacteribus & nominibus angelorum atque constellationibus homines experimentatores & ipsarum cultores ex ueteribus constabant in metallis aut in es: uel lapidibus electis sculpebant: uel sigillabant ceram argillam aut spem gummi: aut imagines depingebant uariarum formarum & materiarum:

quas obseruabant Ptolæmeus ægyptius: & Thebit bencorat: & q̄ plures etiam  
 græcorū ueterū Hypocras & Romani: ex quorum numero fuerit Virgilius: nec  
 opus est oēs adducere: horū sufficiat auctoritas & eorū q̄ in arte notoria scripse-  
 runt. Atq; legimus q̄ in regione dānatorū inueniunt karakteres atq; figura in-  
 fernales: & noia principium diabolorū pro formādis imaginibus ad laiciuiam:  
 discordiā: homicidia occulta: egritudines itroducendas: & ad auaritiā & munda-  
 norū bonorū cupiditatē: & q̄ ad alia mala ordinant: quæ nō angeli boni sed astu-  
 tī diaboli reuelauere hoibus: ut in arte magica abhominabili & quæ de fascina-  
 tionibus in scriptis redacta sunt multifarie inueniunt. Vtinā nec fierēt nec cre-  
 derentur huiusmodi quæ ad perniciem deducunt æternā: & caliginosū ignis ge-  
 hennā: has fieri semp̄ prohibuit deus sed iubēt malefici. Et sunt qui putant ea q̄  
 cōtra uenena: morbos ignē: fulgura: procellas: latrones: hostes: odia: feras: ser-  
 pentes: scorpiones: mures: tineas: & eiusmodi fieri cōsueuerunt: aut ad sapiam-  
 eloquentiā: concordiā: uictoriā: amicitia: uenationē: uel piscationē: thesauri oc-  
 culti inuentionē & similia facere uident: nō esse dānanda uel negligenda: cū ade-  
 rit cōstellatio sub qua fieri cōueniat: existimātes hæc ueluti naturalia & q̄si me-  
 dicamina a bonis angelis reuelata. turius iudico etiā quæ ad bonū finē uel hone-  
 stum dirigere apparēt esse prætermittēda: saluo semp̄ consilio meliori si me fe-  
 fellit opinio. Cum uero simillium karakterū descriptiones uariæ sint & pictorū  
 errore atq; scriptorū corruptæ habeant: & ad corrigēdum nullā regulā inuenia-  
 mus: atq; uideant quoquo modo phibitæ: ne credētes angelica signare diaboli-  
 ca scribamus: eas omittimus & ad stellarū imagines & alia p̄cipue i sphaera octa-  
 ua disseminata accedamus ita inquiētes. Suntq; stellarū fixarū numerus: magni-  
 tudo atq; societas. Num̄ eorū nemo capit: licet arat' falsæ iactauerit se oēs stel-  
 las cōnumerasse: multæ nāq; sunt quæ uisū nō percipiunt. Astronomi uero p̄-  
 ses primi & indi & ægyptii ualde conati sunt eas sapere & abrachis & thincas-  
 ris ante tēpus Ptolæmei. sed solū milles & duas & .xx. notauere fortasse efficitio-  
 res p̄prietatū naturarūq;: quas ipse Ptolæmeus cōnumerat atq; describit. Cui⁹  
 quāteq; sint lōgitudinis & latitudinis unaquæq; ipsarū: nec legi cuiusq; librū qui  
 præter has stellas fixas alias denotaret. In magnitudine uero earū limitate sunt  
 sex differētiæ uel graduationes: qm̄ q̄ splēdidiores & maiores eēt ad primū or-  
 dinē referūt: & sunt. xv. numero: & quæ ordinis secūdi quia minus lucentes atq;  
 minores sunt numero. xlv. & tertij ordinis numero. cc. & octo: & quarti ordinis  
 numero. cclxxiiii. & q̄nti ordis numero. cc. & decē & septē: & sexti ordis nūero.  
 cc. & .xl. & nouē: p̄ter has sunt quinque q̄ nebule assimulant: iō nebule appellātur:  
 & nouē obscuriores q̄ noiant tenebrosæ: quarū una est oblonga tāq; cauda. Socie-  
 tas uero seu stellatio ē aggregatio duarū uel pluriū stellarū fixarū ad aliquē finē  
 ordinata q̄ cōi noie uocat imago uel forma: eo q̄ sortis nomē formæ uel imagi-  
 nē alicui⁹ rei corporeæ notæ. Nec tenēdū est: q̄ stellarū sciam adepti fuerūt ipos  
 credidisse tales figuras corporeas in cœlo actu cōstare: aut eorū formas colorib⁹  
 tinctas quales narrauerunt. Sed quia cognouerūt a uariis cœli partibus uarios  
 cōsequi effectus in hac elemētari regione: & illas quodāmodo consequi figuras

conſimiles illis impinxerūt imaginationibus ſuis: ut diſcētes attraherēt & idiotas reſpuerent: intelligētes uero firmarēt: diuerſimode multiformiterq; imaginati ſunt. Sed quaſdā famoſas poſteris derelictas in ſcriptis ſuis cōmemorabimus. Nam chaldei antiquiſſimi & perſes: indi: ægyptii atq; græci poſteriores pſcrutatores maximi fuerunt aſtroꝝ: quos moderni tandem imitati ſunt nil penitus adiiciētes in numero & eſſe illarū potiffime quas Aratus & Ptolemæus ſcripſerunt. Et primo conuenerūt q; quadraginta & octo ſunt ſtellationes uel imagines in ſphæra octaua: extra quas ſunt iteꝝ ſtellæ plurimæ quæ nōdū ſub forma ſunt limitata: quas ut ex libris Ptolemæi pprie accepimus ſuccincte narrabimꝰ quantū ppoſito ſatiſfacere uiderimus. Qui uero deſiderauerit particulariꝰ ſcire earū ſtellarū noīa ſitus ordinesq; ad ipſius tabulā ſe conuertat. Verūtamen a uariis nationibus attributa ſunt eis noīa differentia atq; diuerſæ formaꝝ lineatioꝝ nes excogitata: ſed nec ſtellationes nec ſtellarū loca nec ordinē mutauere. Nam eiſdē ſtellis aliqui uulturem: alii aquilā aſſignāt. Et aliis ſimiliter ſtellis: quidam iaculū: quidā ſagittam accomodāt. Vocauerūt aut̄ has imagines noībus anīaliū uel reꝝ non animatarū corporearū: aut quia habere uideant aliquā ſimilitudinē cum re a qua denoīantur: uti corona quæ ex ſtellis in circulo conſiſtētibus apparer: aut eo q; pprietatem habet illi ſimilē uel influentiā ſup ipſam rem ut fluuiꝰ ſup aquas: ſcorpio ſup ſcorpiones: piſcis ſuper piſces: uirgo ſup uirgines uel ſteriles & reliqua: & ſi nō conſequat̄ figura ipſius rei. Duas. n. ſtellas in certa parte cœli ſiras canē uocāt: & certe nulla lineatio cū duabꝰ ſtellis fieri pōt q̄ formæ canis ſit ſimilis: figurā tamē canis illis circūſcribūt: ita uariis noībus uarias imagines lineauere. Haſ & alias experimētatores obſeruāt ut diximus expta uolētes naturales effectus & efficacias ſtellarū. Earū uero quadraginta & octo imaginum ſtellarū duodecim ſunt principales quas pro ſignis zodiaci ſtatuerūt & p eas oīs planetæ perambulant. Et licet q̄libet iſtarū duodecim ponat̄ pro uno ſigno longitudinis. xxx. graduū: præciſe attamē imagines ipſe nō ſunt oēs æquales. Nam aliqua earum ſecundum partē tranſcendit latitudinē zodiaci: quædā ptendit̄ ultra gradus. xxx. alia incurtatur infra præfatū numeꝝ ſigni. Itē ex ipſis ſunt q̄ ex pluribus & quæ ex paucioribus ſtellis fiunt: manifeſtabit̄. hoc ſit legendo q̄ iam ſubſcribemus: qm̄ oīum ſtellarum & formā ipſarū imaginum. xlviii. ſecundū cōmunem opinionem exponere nunc intendimus. He itaq; M. xxii. in. xlviii. imagines omne cœlum permeantes poſite ſunt quas gentes fabuloſæ noīant diuerſis noībus. Hoc aut̄ ordine ſecundū arabes diſponunt̄. inter utrūq; polum ex oībus. M. xxii. ſtellis fixis. ccclx. a uia ſolis ad boreā ſumptæ figuras. xxi. cōſtituūt. Ex quibus ſunt primo loco & arctos. i. uſſa maior cherice: minor uero cinoſura uocatur. Tertia figura uocatur draco medius inter illas. Quarta flāmiger q̄ cepheus dicitur. v. caſſiopeia. vi. corona. vii. Hercules qui & Nixus dicitur: & a quibusdam engonaſis appellatur. viii. ledens olor q̄ uultur cadens dicit̄. ix. pleides ſiue gallina. x. arthophilax ſiue boetes quā arabes paſtorē uocāt. ſolet etiā arcturus uocari. Sed & uſſos arctos nōnulli appellāt. xi. perſeus cū capite gorgonis. xii. auriga ſiue agitator. xiii. anguitenēs quā græci ophnicū dicunt. xiiii. ipſe an

guis, xv. Sagitta quæ & iaculum, xvi. aquila quæ etiã uultur uolãs dicit̃. xvii. de phin, xviii. equus primus, xix. equus secundus, xx. andromeda, xxi. deltatõ. triangulus. Stellæ uero. cccxvi. in ipsa uia solis, xii. signa zodiaci constituunt. Reliquæ. cccxvi. ad austrũ segregatæ. xv. figura s perficiũt. Quæ prima est magnus cerus. Secunda gladio succinctus orion. Tertia nili uel eridani fluuius. Quarta lepus. v. canis maior, vi. canis miõr siue canicula, vii. argos nauis, viii. ara. ix. crater. x. appollineus coruus, xi. chiron siue cõtaurus, xii. hidra, xiii. thuribulũ, xiiii. australe sertum, xv. piscis australis. Quæ signa quibus circulis diuidantur.

**A**rcticus circulus secat caput draconis; pectus cephei; pedes ursæ maioris; se dile cassiopeie & pedes eius; dextra genu Herculis & manum boetis sinistram. Aestiuus interfecat capita geminorũ; agitatoris genua; persei crus & humerũ sinistrum. andromedam a pectore & manu sinistra; ita q̃ caput eius cũ pectore & manu dextra sit iter æstiuũ & arcticum; Item pedes pegasi & caput; signi ophnici humeros & uirginis caput prope tangens; quæ scilicet uirgo constituta ẽ inter hunc & æquinoctialem; leo a pectore usq̃ ad lumbos inter hunc & arcticum reliquum crus inter hunc & æquinoctialem. Item totum cancro in longitudine secat. per medium æquinoctialis interfecat omnes pedes arietis; genua tauri; orionem præcingens; tertiã partem hydræ; crateram; coruum; librã etiam tãgit; genua ophnici; sinistram alam aquilæ & caput equi pegasi cum ceruice sua. Hiemalis capricornũ medium diuidit & pedes aquarii & caudã piscicis & pedes leporis & pedes canis maioris; puppi nauis; centauri humeros; acumẽ quoq̃ caudæ scorpionis & arcum sagittarii. Antarcticus secat fundũ nauis pedes cõtauri posteriores fere tangens; priores basimaræ & extremum heridani fluminis. Galaxia primo transit per sinistrã alam cigni; per sinistram manum persei; sinistrum humerũ agitatoris & manus eius; genua geminorũ; pedes canis minoris; ibi trásiens æquinoctialem tangit summitatẽ mali in nauis; & inde reuertens tangit & interfecat genua centauri & acumẽ caudæ scorpionis & arcum sagittarii mediũ; per trásiens pēnas aquilæ; & inde reuertitur ad principium scilicet ad sinistrã alam cigni. Colurus æquinoctialis ab ipso signo arietis inchoatus & uersus polum arcticum protensus contingit ultimũ deltotis angulum; summũq̃ caput persei; dextrum eius brachium & manũ secans per arcticum circulũ uenit ad polum; inde per caudã draconis ad sinistrã boetis dextrã uirginis tangit pedem; finit per dextram manum centauri quæ hostiã tenet; per corpus ceti; per uicem canis ad principiũ redit suum. Colurus solstitialis a cancro incipiens ad sinistrã ex prioribus maioris ursæ pedem per pectus eius ad ceruicẽ uenit ad polum; inde p̃ cluues minoris ursæ p̃ draconem ad sinistram alam cigni ceruicemq̃ ductus ultimã sagitte spiculũ & rostrũ aquilæ tangit; in capricornũ descendẽs cõsurgit infra argonẽ cuius gubernaculum & puppim secans ad primum redit. Ut autem prædictorum imaginũ facilius habeatur cognitio; ipsas inferius sub sensu descripsimus secundũ traditionem maiorum. Hæcigit̃ est forma siderũ sicut nobis reliquerunt antiqui astronomi. Aries in coniunctione zodiaci & æquatoris est positus; dorsum habet ad boream; caput eius conuertitur ad ortum; cui super

ponitur deltos: oritur a capite sed pedibus occidit. Taurus econtra caput habet occidentale depressum quasi ad terrā deflectere uideatur. Hic auersus oritur & occidit. Gemini habēt capita ad boreā: iūctisq; dorsis hincide mēbra distendunt: ipsi inuicē ut cōplexi se mutuo tenēt. Oriuntur ut iacētes seu iclinati: occidūt uero a pedibus. Cancer respiciēs leonē pedes porrigit uersus polū utrūq; & uenter eius respicit terrā: orit̄ aut̄ & occidit a posteriore corporis pte. Leo respiciēs cācrum dorsum ad boreā hēt: oritur & occidit a capite. Virgo caput habet post leonē: & dextera manu tangit circulū æquinoctialē quæ & spicas tenet: oritur & occidit a capite. Chele siue libra quæ est prima pars scorpionis est borealis eclipica: & habet duas lāces quarum una dicitur australis & altera borealis. Scorpio respiciēs uirginē pedes porrigit uersus polū utrūq; & caudā reflectit uersus boreā: & uenter respicit terrā: oritur rectus sed occidit corpore curuato. Sagittarius caput hēt uersus boreā: respicit scorpionē porrigēs sagittā & arcū: & arcus t̄git manū sinistrā & pedē sinistrū: hic rectus oritur & præceps occidit. Capricornus habet dorsum uersus boreā & caput uersus sagittariū sed conuersum uersus aquariū orit̄ directus sed occidit præceps. Aquarius caput hēt uersus boreā: manū sinistrā extēdit supra dorsū capricorni: & dextera effundit aquā urna: quæ usq; ad imaginē pisciū decurrit: & tendit ad ortū: qui cū ita figuratur necesse est eū corpore iclinatū uideri: oritur & occidit caput prius ceteris membris. Pisces sunt duo: dorsum primi est borealis: & dorsum secundi est uersus brachium andromedæ occidentale: & unus respicit aquarium: & alter boream: Estq; cōmissura: id est lineola quædā qua quasi quodā uinculo alligant̄ inter caudas amborum: inferior primus uidetur oriri & occidere.

**C** Sequuntur figuræ septentrionales.

**C** Ursa minor qui secundū nostrum situm totus apparet: habet caput ad occidentem & uentrē uersus polum zodiaci: & hēt polum arcticum in femore eius. Ursa maior modo ecōuerso se habet ad orientē & dorsum uersus polum zodiaci. Draco facit duos nodos reflexionum circa polum zodiaci diuidēs cum cauda duas urfas dirigens caudam ad orientē & caput ad occidentē. Hercules ponitur inter duos circulos arcticum & æstiuum utrisq; pedibus & genu: unde & in geniculo stare dicitur: sinistro pede caput draconis præmit: humeris & manu dextra erectus quæ & clauum tenet: æstiuum sustinens leua cum pelle leonis medio interuallo inter æstiuum circulum & genu sinistrum extendēs: brachiaq; hinc inde tēdes respicit faciē serpentarii. Oritur libra surgēte quantum ad pedem eius dextrum: deinde reliquis mēbris scorpione oriētē præter manum sinistram quæ oritur cū sagittario. Occidit aut̄ prius a capite quasi pendēs pedibus ex circulo arctico & hoc leone surgēte. Arthophilax siue boetes hic post tergum maioris ursæ uidetur: huius manus sinistra se habet ita ut apud nos nec orit̄ nec occidit. pedes dirigit sup uirginē: & hinc inde extēdens brachia in duo: tenēs caput sub pede dextro herculis respicit ursam maiore: habēs uelamē pudēdoꝝ: & in manu dextra quasi y græcā litterā triuiā secundū mores uitæ humanæ. Serpētarius respicit faciē Herculis & dirigit pedes super scorpionē: tenetq; manibus



anguem siue serpentem: & quasi ipso angue cinctus figurat. Cuius serpentis caput dirigitur ad orientē ad partem sinistrā serpentarii: sed cauda habēs reflexionem sequitur retro. Cum cauda aquilæ oritur cū scorpione & sagittario: occidit autē usq; ad genicula dum gemini oriuntur: dum uero surgit cancer occidit a genibus usq; ad humeros: & serpens quē tenet descēdet usq; ad fauces: cū ortu uero leonis cōpletur. Corona iter sinistrum humerū boetis & calcem dextri pedis & herculeni posita capiti serpentis quod tenet ophnicus appropinquat. Cū scorpione oritur: occidit autē orientibus cancro & leone. Sagitta sub cigno sup signū aquilæ collocata acumē eius ad pedes: altera pars ad humeros ophnici tēdit: oritur cū capricorno: occidit autē uirgine ascēdente. Aquila uentrē habet uersus cœlum ad boreā: & faciē uersus delphinū: sinistrā alam nō longe a capite ophnici: oritur cū capricorno: occidit autē surgente leone. Delphinus habet caput ad boream: & caudā ad austrū: & dorsum ad aquilā. Oritur cū posteriore parte sagittarii: occidit autē a capite dum uirgo surgit. Pleiades siue gallina expansis alis & pedibus utrinq; habet caput in signo capricorni: & cauda finit in signo pisciū: & eius uenter respicit terrā. Lyra orphaica posita est inter leuū crus & manum sinistrā herculis: cuius ipsa testudo circulū arcticū spectat: cacumē uero ad æstiuum circulū cōscēdere uidet. Oritur cū sagittario: occidit autē uirgine ascēdēte. Equus duplex uterq; uentrē habet borealem: & in dorso secūdi equi qui & pegafus dicitur supereminet ala. idem depingitur corpus habēs usq; ad umbilicū deformatum: unde & pedes posteriores nō habet: & stella huius sequētis: est etiā andromedæ caput. oritur cū aquario. occidit cū pisce priore qui super tergū eius situs est. Andromeda habet caput in equo alato qui ei suppositus est ligatū i scita: & dirigit manus utrinq;. Oriſ pars dextera ei? cū piscibus: sinistra cū ariete: occidit autē prius capite q̄ cæteris mēbris & hoc cū pisce qui sub brachiis eius iacet: orientibus uidelicet libra & scorpione. Cepheus habet caput in ariete: & porrigens utrinq; mēbra: ponit pedes i tauro exiltēs iuxta draconē: & habet i capite pileū: & arctico includitur circulo: ita ut præter humeros & caput eius nihil occidat. Oritur caput eius cū humeris sagittarii ascēdētibus: occidit autē scorpione surgēte. Cassiopeia sedet in cathedra & inclinata faciē & corpore respicit austrū: & habet caput in signo arietis: & pedes in signo tauri: oriſ cū sagittario: occidit resupinato corpore scorpione surgēte. Perleus habet caput ad boreā & hinc inde dirigit membra dirigit pedes ad austrū: & ad latus eius sinistrum est caput gorgonis quod sinistra manu tenet respiciens terram habens uerticem borealem subtus sinistro femore pleiades apparent: dextro pede caput aurigæ premit. Oriſ rectus quia caput eius usq; ad aluum arietis surgentē ascendit: occidit autē inclinatus ad caput oriente capricorno & sagittario: huius caput & gladio sunt sine sideribus. Eriſtonius siue auriga qui & agitator siue custos caprarum in imo & hircus dicitur: hic ut loram tenēs figuratur iuxta leuum latus geminorū: est in tauro: & habet caput ad boream: & sparsis hinc inde membris t̄agit cum pede dextro cornu tauri boreali: ut sit uterque stella cōmunis: & hæc sunt omnia sidera borealia decem & octo.

☉ Figura Australes.


**C**etus siue pistrix in parte australi: habet caput in tauro: & caudā in piscibus & rostro suo fere posteriorem partem arietis tangit: & uētre[m] habet ad austrū & pectus eius est iuxta fluuiū eridani. Orion habet caput ad boream: & sparsim hinc inde mēbris eleuat brachia: manu dextra clauā tenēs cū tauro decertare uideretur & tenet pharetrā manu sinistra: accinctusq[ue] ense: habet stellā cōmunē pedis sinistri & eridani fluuii. Itaq[ue] eridanus fluuius incipiens a pede sinistro orionis in signo geminoꝝ uadit ad pectus ceti in ariete: & reflectit in signo arietis. Lepus existens in signo geminoꝝ caput habet in principio geminoꝝ & caudā in fine & uentrē australem: sinistrū pedem orionis fugiēs. Canis maior siue australis caput habet ad boreā & uentrē uersus leporem. Canis minor siue septētrionalis iter geminos & taurū cōstitutus: habet uentrē ad austrū & caput uersus principium cācri. Nauis argos fundū habet ad austrū & puppim in signo cācri: & desinit imperfecta in signo uirginis: & maioris canis caudā tangit. Hydra habens caput in cācro: finit cauda in libra: & habet reflexionē in collo: uentrem habet australem: & fert ciphum in dorso sup primā curuaturā. Coruū etiam cū duabus alis erectis dorso incumbentē sustinet: cuius caput est uersus caput hydre. Centaurus describit[ur] antierius hō cum clipeo: & posterius equus: hostiā dextra manu tenet quæ pātera dicitur: & habet caput boreale: & uētrē uersus signū libræ: respiciens lupum. Lupus habet uentrē uersus centaurū & caput australe. Ara siue focus existēs in signo sagittarii habet ignē in parte occidentali: cui[us] flāma ascendit supra flumē eiusdē uersus austrum. Et hæc sunt signa australia. xiii.

Sunt itaq[ue] omnia sydera cœli. xlviii. secundum modū antiquoꝝ. Numeꝝ autē stellarū & situm in earū imaginibus ex tabulis ad hoc ordinatis ut alphōtū & ex hignio facile cognosces. Et scito q[uo]d stella est pars densior sui orbis: figurā rotundā: & ideo lucet sicut diaphanum condensatum: & galaxia est pars lucida magis inter partes sui orbis: etiam sicut in stellis quasi densior est q[uam] reliquæ partes. Sic quoq[ue] partes lunæ non sunt uniformiter lucidæ. Dicimusq[ue] q[uo]d non apparēt nobis umbræ per lucem alicuius corporis cœlestis tantum q[uam] per corpora que sunt magis lucifera cunctis cœlestibus: scilicet lunæ ueneris & solis.

**D**e ortu & occasu signorum: de diuersitate dierum & noctium: & de diuersitate climatum. Capitulum tertium.

**S**ignoz[um] autē ortus & occasus dupl[iciter] accipiūt: q[uonia]m quantū ad poetas. & q[uonia]m ad astronomos. Est igitur ortus & occasus signoz[um] quo ad poetas triplex scilicet cosmicus: chronicus & eliacus. Cosmicus. n. ortus siue mūdanus ē quando signum uel stella supra orizentem ex parte orientis de die ascendit. Et licet in q[uo]libet die artificiali sex signa sic oriant[ur]: t[ame]n antonomasice signū illud dicit[ur] cosmice oriri cū quo & i[n] quo sol mane orit[ur]. Et hic ortus pprius & principalis & quotidianus dicit[ur]. De hoc ortu exēplū i[n] georgicis habet[ur]: ubi docet[ur] fatio fabaz & milii uere sole existēte i[n] tauro sic. Cadidus auratis apit cū cornibus annū Taurus: & aduerso cedēs canis occidit astro. Occasus uero cosmicus est respectu opōnis. s. quādo sol orit[ur] cū aliquo signo: cuius signi oppositum occidit cosmice. De hoc occasu dicitur i[n] georgicis, ubi docetur fatio frumētī in fine autūni sole

existēte in scorpione: qui cum oriatur cum sole: taurus signis eius oppositū ubi sūt pleiades occidit: sic. Ante tibi eoe atlārides abscondant: Debita q̄ sulcis cōmitas semina. Chronicus ortus: siue tēporalis est quādo signū uel stella post solis occasum supra horizontē ex parte oriētis emergit chronice. s. de nocte: & dicit tēporalis: quia tēpus mathematicorū nascitur cū solis occasu. De hoc ortu habemus in Ouidio de ponto: ubi conqueritur morā exilii sui dicens. Quatuor autūnos pleias orta facit. Significans p̄ quattuor autūnos quadragintaquattuor annos trāsisse post quā missus erat in exiliū. Sed Virgili⁹ uoluit in autūno pleiades occidere: ergo cōtrarii uidētur. Sed ratio huius ē q̄ secundū Virgilium occidūt cosmice. Secundū Ouidium oriuntur chronice: quod bene potest contingere eodem die. Sed differenter tamen: quia cosmicus occasus est respectu tēporis matutini. Chronicus uero ortus respectu uespertini est. Chronicus occasus ē respectu oppositionis. Vnde Lucan⁹ sic inquit. Tūc nox thessalicas urgebat parua sagittas. Eliacus ortus siue solaris est: quādo signū uel stella uideri pōt per elongationē




Solis ab illo: qđ prius uideri nō poterat solis propinquitate. Exemplū hui⁹ ponit Ouidius i lib. de fastis sic. Tam leuis obliqua subsedit aquarius urna. Et Virg. in georgicis. Gnosiaq̄ ardentis descēdit stella coronæ. Quæ iuxta scorpionē extens nō uidebat: dū sol erat in scorpione. Occasus eliacus est qñ sol ad signū accedit: & illud sua pñtia & luminositate uideri nō pmittit. Huius exēplū est i uersu p̄missio. s. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro.

¶ De ortu & occasu signorum.

Secundum astrologos.


¶ Sequitur de ortu & occasu signorū put sumit astronomi: & prius i sphaera recta. Sciēdū ē q̄ tā i sphaera recta q̄ obliq̄ ascēdit æquinoctialis circulus semp̄ uniformiter. s. in t̄pibus æq̄libus æq̄les arcus ascēdūt. Motus, n. cœli uniformis est: & angulus quē facit æquinoctialis cū horizontē obliquo nō diuersificat

in aliquibus horis. Partes uero zodiaci nō de necessitate habēt æquales ascensionē i utraq̄ sphaera. q̄a q̄to aliq̄ zodiaci ps̄ rectius orit: t̄tō plus t̄p̄is ponit i suo ortu. Huius signū est: q̄a sex signa oriunt̄ in lōga uel i breui die artificiali: s̄ i r̄ &



in nocte. Notandū igit̃ q̃ ortus uel occasus alicuius signi nihil aliud ē q̃ illā partem æquinoctialis oriri q̃ orit̃ cū illo signo oriēte: uel ascendēte supra horizontē: uel illā partē æquinoctialis occidere q̃ occidit cū altero signo occidēte. i. tendēte ad occasum sub horizontē. Signū aut̃ recte oriri dicit̃ cū quo maior pars æquinoctialis orit̃: oblique uero cū quo minor. Silt̃ etiā intelligendū est de occasu. Et ē sciendū q̃ i sphaera recta q̃ttuor quartæ zodiaci choatæ a quattuor p̃ctis: duobus. s. solstitialibus & duobus æquinoctialibus adæquant̃ suis ascensionibus. i. q̃tum t̃pis cōsumit quarta zodiaci in suo ortu: in tāto t̃pe quarta æquinoctialis illi cōterminalis perorit̃: sed t̃n partes illarū quartarū uariant̃. neq̃ habēt æquales ascensiones: sicut iam patebit. Est. n. regula: q̃ qlibet duo arcus zodiaci æquales & æqualiter distātes ab aliquo quattuor p̃ctōrū iam dictōrū æquales habēt ascensiones. Et ex hoc sequit̃ q̃ signa opposita æquales habēt ascensiones. Et hoc ē qd̃ dicit̃ Lucanus loquens de p̃cessu Catonis in Libyā uersus æquinoctialē. Nō obliqua meant: nec tauro rectior exit Scorpius: aut Aries donat̃ sua tempora libræ. Aut astra iubet lentos descendere Pisces. Par geminis chiron: & idem qd̃ charcinus ardens. Humidus ægloceros: nec plus leo tollitur urna. Hic dicit̃ Lucanus q̃ existentibus sub æquinoctiali signa opposita æquales habēt ascensiones & occasum. Oppositio aut̃ signorū habēt p̃ hunc uersum. Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. uir. Et notandū q̃ nō ualet talis argumentatio. Isti duo arcus sunt æquales: & simul incipiūt oriri: & semp̃ maior oritur de uno q̃ de reliquo: ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semp̃ oriebatur. Instātia hui⁹ argumentationis manifesta est in partibus p̃dictarū quartarū. Si. n. sumat̃ quarta pars zodiaci: q̃ est a principio arietis usq̃ ad finē geminorū: semp̃ maior pars orit̃ de quarta zodiaci q̃ de quarta æquinoctialis sibi cōterminali: & t̃n illæ duæ quartæ simul poriunt̃. Idē intellige de quarta zodiaci q̃ est a principio libræ usq̃ in finē sagittarii. Itē si sumat̃ quarta zodiaci q̃ est a principio cancri usq̃ in finē uirginis: semp̃ maior pars orit̃ de quarta æquinoctialis q̃ de quarta zodiaci illi cōterminali: & t̃n illæ duæ quartæ simul poriunt̃. Idē intellige de quarta zodiaci q̃ est a primo p̃ctō capricorni usq̃ in finē pisciū. In sphaera aut̃ obliqua siue decliui duæ medietates zodiaci adæquant̃ suis ascensionib⁹. Medietate dico q̃ sumuntur a duobus p̃ctis æquinoctialib⁹: q̃a medietas zodiaci: q̃ est a principio Arietis usq̃ i finē uirginis orit̃ cū medietate æquinoctialis sibi cōterminali. Silt̃ alia medietas zodiaci oritur cū reliqua medietate æquinoctialis. partes at̃ illarū medietatū uariant̃ scdm̃ suas ascensiones: qm̃ in illa medietate zodiaci: q̃ est a principio Arietis usq̃ in finē uirginis: semp̃ maior pars orit̃ de zodiaco q̃ de æquinoctiali & t̃n illæ medietates simul poriunt̃. Ecōuerso cōtingit in reliqua medietate zodiaci: q̃ est a principio libræ usq̃ ad finē pisciū: semp̃. n. maior pars orit̃ de æquinoctiali q̃ de zodiaco: & t̃n illæ medietates simul peroriunt̃. Vnde hic patet istātia facta manifestior cōtra argumentationē superius dictā. Arcus aut̃ qui succedunt arietis usq̃ ad finem uirginis in sphaera obliqua minuunt ascensiones suas supra ascensiones eorundē arcuū in sphaera recta: q̃a minus oritur de æquinoctiali Et arcus q̃ succedunt libræ usq̃ ad finem piscium in sphaera obliqua augēt ascen-


fiones suas supra ascēfiones eorū dē arcuū in sphæra recta: q̄a plus oriſ de æqui-  
noctiali. Augēt dico sc̄dm tantā q̄ritatē in q̄ta arcus succedētes arietī minuunt  
Ex hoc patet q̄ duo arcus æquales & oppositi in sphæra decliui habent ascēfio-  
nes suas iunctas æquales ascēfionib⁹ eorū dē arcuū in sphæra recta simul sūptis  
quia quāta est diminutio ex una parte: tāta est additio ex altera. Licet. n. arcus in  
ter se sint æquales: tñ q̄tum unus minor est tñ recuperat alius. & sic patet ad aq̄-  
tū. Regula quidē est ī sphæra obliqua q̄ glibet duo arcus zodiaci æquales & æq̄-  
liter distātes ab alterutro punctoꝝ æquinoctialiū æquales habēt ascēfiones. Ex  
prædictis etiā patet q̄ dies naturales sunt inæquales. Est. n. dies naturalis reuo-  
lutio æquinoctialis circa terrā semel cū tāta zodiaci parte q̄ta interim sol p̄trāsīt  
motu p̄prio cōtra firmamentū. Sed cū ascēfiones illoꝝ arcuū sint inæquales: ut



patet p̄ p̄dicta tam in sphæra recta q̄ in obli-  
qua: & penes additamenta illaꝝ ascēfionum  
cōsiderētur dies naturales: illi de necessitate  
erūt inæquales. in sphæra recta p̄p̄ unīcam  
cām. s. p̄p̄ obliquitatē zodiaci. In sphæra ue-  
ro obliqua p̄p̄ duas cās. s. p̄p̄ obliquitatē zo-  
diaci: & obliquitatē horizontis obliqui. Tertia  
solet assignari cā. s. eccētricitas circuli sola-  
ris. Et nota q̄ duplex est motus Solis. unus  
quē facit quotidie & semp̄ cū firmamēto. s.  
raptu firmamenti & sic quotidie cū firma-  
mēto uoluitur. Vnde quādo uoluit ab uno  
puncto firmamēti: quousq̄ firmamentū sit

conuolutum. tūc in principio diei sequētis nō erit sol in eodē p̄fēto: sed p̄cessit  
fere uno gradu. Notandū etiā q̄ sol rēdens a primo p̄fēto capricorni p̄ Arietē  
usq̄ ad primū punctū cancri: raptu firmamēti describit. clxxxii. parallelos: q̄ sūt  
paralleli: & si nō oīno sint circuli sed spiræ cū tamen nō sit in hoc error sensibilis  
in hoc uis nō cōstituāt: si circuli appellēt: de numero quoꝝ circuloꝝ sunt duo  
tropici: & unus æquinoctialis. Itē iam dictos circulos describit sol raptu firma-  
mēti descēdens a primo p̄fēto cancri p̄ libram usq̄ ad primū punctū capricor-  
ni. Et isti circuli dieꝝ naturaliū circuli appellant: Arcus autē q̄ sunt supra horizō-  
tē sunt arcus dieꝝ artificialiū. Arcus uero q̄ sunt sub horizonte sunt arcus no-  
ctiū. In sphæra igit̄ recta cū horizō sphæra rectæ trāsēat p̄ polos mūdi: diuidit  
oēs circulos istos ī partes æquales. Vnde tāti sunt arcus dieꝝ: q̄ti sunt arcus no-  
ctiū apud existētes sub æquinoctiali. Vnde patet q̄ existētibus sub æquinoctiali ī  
quacūq̄ parte firmamenti sit sol est semp̄ æquinoctiū. In sphæra autē decliui he-  
rizon obliquus diuidit solum æquinoctialem in duas partes æquales. Vnde qñ  
Sol est in alterutro punctoꝝ æquinoctialiū: tūc arcus diei æquatur arcui noctis  
& est æquinoctiū in uniuersa terra. Omnes uero alios circulos diuidit horizon  
obliquus in partes inæquales: ita q̄ in oībus circulis qui sunt ab æquinoctiali us-  
q̄ ad tropicū cancri: & in ipso tropico cācri maior est arcus diei q̄ noctis. i. arcus

sup̄ horizōtē q̄ sub horizōte. Vñ in toto tpe quo sol mouet̄ a principio arietis p̄  
 cācrū usq; in finē uirginis maiorant̄ dies supra noctes; & tāto plus quāto magis  
 accedit sol ad cācrū; & tāto minus quāto magis recedit. Ecōuerso aut̄ se habet de  
 diebus & noctibus; dū sol est i signis australibus. In oibus aliis circulis quos sol  
 describit̄ iter æquinoctialē & tropicū capricorni maior est circulus sub horizon  
 te & minor supra; unde arcus diei est minor q̄ arcus noctis. Et secūdū p̄portio  
 nē arcuū minorant̄ dies sup̄ra noctes; & q̄to circuli sunt p̄pingores tropico hyc  
 mali tanto magis minorant̄ dies. Vnde uidet̄ q; si sumant̄ duo circuli æquidistā  
 tes ab æquinoctiali ex diuersis ptibus. q̄tus est arcus diei i uno tātus est arcus no  
 ctis in reliquo. Ex hoc sequi uidet̄ q; si duo dies naturales sumant̄ in anno æquali  
 ter remoti ab alterutro æquinoctioꝝ in opp̄positis ptibus; quāta est dies artificia  
 lis unius; tāta est nox alterius; & ecōuerso. Sed hoc est quātū ad uulgi sensibilita  
 tē in horizōtis fixione. Ratio. n. p̄ adēptionē solis cōtra firmamētū in obliqui  
 tate zodiaci uerius diiudicat. Quāto quidē polus mūdi magis eleuat̄ supra hori  
 zontē tāto maiores sunt dies ætatis; quādo sol est in signis septētrionalib; Sed  
 est econuerso quādo est in signis australibus; tāto  
 enī magis minorant̄ dies supra noctes. Notandū  
 etiā q; sex signa q̄ sunt a p̄cipio cācri p̄ librā usq;  
 in finē sagittarii habēt ascēssiones suas in sphaera  
 obliq; simul iūctas maiores ascēssionibus sex signo  
 rū q̄ sunt a p̄cipio capricorni p̄ arietē usq; ad si  
 nē geminoꝝ. Vnde illa sex signa prius dicta dicū  
 tur recte oriri: ista uero sex oblique. Vñ Virgili;.  
 Recta meār; obliq; cadūt a sidere cācri. Donec fini  
 tur chirō. sed cætera signa Nascunt̄ p̄no; descēdūt  
 tramite recto. Et quādo est nobis maxima dies in  
 æstate. s. sole existēte in p̄cipio cācri; tunc oriunt̄  
 de die sex signa directe oriētia; de nocte aut̄ sex obliq;. Ecōuerso quādo nobis  
 ē mīnus dies in anno. s. sole existēte in p̄cipio capricorni; tūc de die oriunt̄ sex  
 signa obliq; oriētia; de nocte uero sex directe. Quādo at̄ sol ē i alterutro p̄ctoꝝ  
 æquinoctialiū; tūc de die oriūt̄ tria signa directe oriētia & tria obliq; & de nocte s̄s̄t  
 Est. n. regula. q̄ tūcūq; breuis uel pl̄ixa sit dies uel nox; sex signa oriunt̄ de die; &  
 sex de nocte; nec p̄ pl̄ixitatē uel breuitatē diei uel noctis plura uel pauciora si  
 gna oriūt̄. Ex his colligit̄ q; cū hora naturalis sit spaciū t̄pis i quo medietas signi  
 p̄ oriūt̄; i q̄libet die artificiali; s̄s̄t & in nocte sūt. xii. hore nāles. In oibus aut̄ aliis  
 circulis q̄ sunt a latere æquinoctialis; uel ex pte australi; uel septētrionali; maioran  
 tur uel minorant̄ dies uel noctes secūdū q; plura uel pauciora de signis directe  
 oriētib; uel oblique de die uel de nocte oriuntur.




**¶ De figura cali.**  
**¶** Cū enī signifer ad motū primi mobilis oī die naturali circūferat̄; accidit ut i  
 oī p̄cto t̄pis eiusdē figura cali cōmutet̄ i q̄libet regione habitabili; cui; dies nō  
 trāscēdet spaciū uiginti & quatuor hōꝝ. Necessariū. n. ē sicut cōrinuo ali; & alius  
 p̄ctus eclipticæ oriūt̄; ita alius & alius p̄ctus eius occidit; & alius & ali; sit i cir/

culo meridiano; & alius & alius in eodem sub terra. Similiter necessariū ē de pſſi-  
 etis æquinoctialis cœli; & iam dictū ē in tertio huius q̄ horizon & circulus meridi-  
 anus simul diuidūt eclipticā & æq̄torē in quattuor quartas; & nouisti q̄ unaqueq̄  
 quarta circuli est. xc. graduū: erit ergo i pposito medietas zodiaci; & sūt æquato-  
 ris sup̄ horizontē & medietas infra; & uocari solēt cardines & anguli pūcta zo-  
 diaci q̄ sunt principia istarū quattuor quartarū. Vnāquāq̄ earū quartarū æquinocti-  
 alis circuli diuidi uolūt in tres partes æquales; & erit qlibet graduū. xxx. eruntq̄  
 partes in toto duodecim; q̄bus duodecim partes zodiaci correspondent. Et ista q̄  
 signifero accidūt uariis & pluribus a diuersis expositoribus uocatae sunt noibus  
 ut imagines; domicilia; habitacula; turres; burges; partes; hospitia; receptacula;  
 loca māſiones; castra; & domus duodecim in figura reuolutionis cœli. Sed post  
 Ptolæmē cōis consuetudo ē appellare eos domos & ita nos uocabimus. Verū  
 tamē diuisio ipsarū tripharia legit̄ in antiquis libris; & si oēs sapiētes in hoc con-  
 ueniri uideant; qm̄ imaginati sunt sex circulos magnos sup̄ duo pūcta opposita  
 sese secātes; quorū cōis diameter tēdit ab austro uersus septentrionē; pcedere p  
 pūcta duodecim diuisionis p̄fate in æquinoctiali unūquēq̄ p duo pūcta op-  
